

37

I. D. 6960 c. 2 R.

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting] VII

6960. I. D. c. e. l.

ARBOR GENEALOGICUS

LINEÆ TANTUM RECTÆ

DE

PATRE IN FILIUM DESCENDENS

EXCELSÆ

FAMILIÆ

AUERSPERG,

AB ANNO CHRISTI 1036.

SUB

DIVINIS AUSPICIIS, USQUE


AD HODIERNUM DIEM NUNQUAM

INTERRUPTÆ.



L A B A C I,

TYP. JOAN. FRID. EGER, INCL. PROV. CARN. TYPOG.



1 7 7 6.

MARJOR GAMMELMANNUS

LINEAE TANTUM RECTAE

DE

PATRE IN FILIUM DESCENDENS

EXCESS

F. A. M. I. I. M.

AUERSPERG


AB ANNO CHRISTI 1098

SUB

DIVINIS AUSTRIAE REGIBUS

AD HONORANDUM DIGNITATEM

INTELLIGENDAM



VERIFICATION OF THE ORIGINAL OF THE ABOVE MENTIONED DOCUMENT


L. A. B. A. C. I.

The Joan Fair Bank, Ltd. From Cash Tiro


1770

1770

IN=030006845



CONRADUS I^{mus}.



Dominus ab Auersperg (descendens ab Auruponis seu Auerpergicis suis Antenatis, qui inter Japodes ut magis valorosi, anno mundi 3940. hoc est 31^{mo}. anno ante natiuitatem Christi, se jam Octaviano Augusto Romanorum Imperatore armis opofuisse apud Megiferum in Cronica Ducatus Carinthiæ folio 90. & 125. demonstratur) natus est anno Christi 1036. obiit die Cenæ Domini anno 1081.

Hic fuit filius Adolphi I^{mi}. Domini ab Auersperg (cujus Adolphi Frater Odoricus Dominus ab Auersperg cum Popone Patriarca Aquilejensi anno 1016. in auxilium Imperatoris Henrici II^{di}. contra Longobardos arma tulerit, & dein in Foro julio confedit, ubi è successoribus suis Angelus Baroccus Auersperg de Cucagna vocatus Patriarca Aquilejensis fuit) & iste Conradus I^{mus}. una cum fratribus suis Adolpho II^{do}. & Pilgrino I^{mo}. vetus Castrum Auersperg circa annum Christi 451. edificatum, cujus ruderia in vicinia Novi & hodierni Castri adhuc existunt, ob angustiam Arcis dereliquerunt, & supra ipsum montem Novum

Castrum hodiernum Ower - Auersperg vocatum à fundamentis anno Christi 1067. condiderunt.

BARBARA.

Domina de Fünchenberg, à Conrado I^{mo}. Domino ab Auersperg in conjugem ducta anno Christi 1067. hæc fuit Mater duorum Prolium, & ipsi genuit in Lineæ Rectæ usque ad hodiernam diem, sub Divinis Auspiciis, nunquam interruptæ, stirpis propagatorem filium Conradum II^{dum}.



CONRADUS II^{dus}.

Dominus ab Auersperg, natus anno Christi 1068. obiit die Sancti Georgii anno 1107. est sepultus est in Reiffniz. Huic attulit uxor sua Catharina de Saanegkh decimas in Reiffniz sub pignore pro 600 marcis Aquilejensis monetæ.

CATHARINA.

Domina de Saanegkh, è Familia quæ successu temporis: nimirum anno 1368 facta fuit Comites & Principes Cilliaë. Hæc in conjugem ducta à Conrado II^{do}. Domino ab Auersperg anno 1086. & Mater fuit 4 prolium, quorum filia Catharina Domina ab Auersperg nupta fuit Ramperto Domino ab Eppenstein Comite in Murzthall. Et in filium stirpis propagatorem procreavit Pillgrinum II^{dum}.



PILL-

PILLGRINUS II^{us}.

Dominus ab Auersperg, natus anno Christi 1085. obiit anno 1160.

ELISABETHA.

Domina à Wildon, Harandi Mareschali de Wildon filia, à Pillgrino II^{do}. Domino ab Auersperg in uxorem ducta anno 1119. hæc Mater fuit 3 prolium, è quibus filia Agnes Domina ab Auersperg Henerico Comiti ab Orttenburg in uxorem juncta fuit. anno 1140. & in filium stirpis propagatorem genuit Pillgrinum III^{tium}.




PILLGRINUS III^{tius}.

Dominus ab Auersperg, natus anno Christi 1120. obiit die lunæ ante Sancti Georgii anno 1181. hic bellum gestavit cum Comitibus ab Orttenburg cognatis suis, & Castrum Auersperg in partem devastatum fuit.

SOPHIA.

Domina in Herzogburg, in uxorem à Pillgrino III^{tio}. Domino ab Auersperg ducta anno 1146. ista Mater fuit 4 prolium, è quibus filia Sophia II^{da} Domina ab Auersperg nupta fuit Gebhardo Comiti de Sulzbach, cujus Gebhardi Comitis de Sulzbach Paternæ Sorores una Conrado III^{tio}. Romanorum Imperatori, altera Emanueli Constantinopolitano Imperatori elocatae fuere, & sic sanguis Auerspergicum affinitati duorum Imperatorum nemque in oriente, & occidente se comiscuit, in filium vero stirpis propagatorem genuit Adolphum IV^{tum}.

ADOLPHUS IV^{tum}.



Dominus ab Auersperg, natus anno Christi 1148. obiit anno 1204. hic partim dirutam Arcem Auersperg reædificavit, Et pristino splendore restituit, vir fuit valde potens ob possessionem plurium Dominiorum, & nulibi reperitur aliorum Comitum seu Principum vasalum fuisse.

CAR = ANNCA.



Domina de Falchenberg, hanc Rudolphus IV^{tus}. Dominus ab Auersperg anno 1166. in uxorem duxit, hæc Mater fuit 5 prolium, è quibus Radegundis filia nupta fuit Domino de Stadeckh Provinciae Carnioliae Capitaneo, & in filium stirpis propagatorem ipsi genuit Ottomanum.




OTTOMANUS.



Dominus ab Auersperg, natus anno Christi 1167. obiit die 13^{tia}. Decemb. anno 1215. Vir Potens, cum hic versus eum unitis Comitibus Goritiensibus, Orttenburgicis, & Patriarca Aquilejensi Volchero bellum gerentibus, armis se oposuit, & ob causam finium Dominiorum cum ipsis bellum gessit, & Castrum Auersperg à Patre Rudolpho IV^{to}. instauratum, ob copiam hostium denuo quo ad partem in Rudera coniectum vidit.

E L S A.



Domina de Sumeregkh. hanc nubsit Ottomanus Dominus ab Auersperg anno 1190. Mater hæc 4 prolium, quæ præcæteris ipsi genuit in filios Engelbertum, & Joannem II^{dum}. quorum primus Engelbertus natus anno 1194. Leopoldum Illustrem Ducem Austriae, & Styriae secutus est in terram Sanctam, & ibi

contra Paganos occubuit, alter vero secundogenitus Joannes II^{us}, stirpis propagator permanfit.



JOANNES II^{us}.



Dominus ab Auersperg. natus anno Christi 1196. obiit diebus Pentecostes anno 1246. hic primos juventutis suæ annos Marti sacravit, & cum Engelberto fratre suo primogenito in terram sanctam profectus, unde, dein mortuo ibidem in accie fratre Engelberto, reversus in Patriam castrum suum Auersperg reparavit.


C L A R A.



Domina de Tuschenthall. a Joanne II^o. Domino ab Auersperg in uxorem ducta anno 1228. Mater hæc 7 prolium, è quibus Petrus, & Wolfgangus filii Comite goritiensi juncti versus Archi-Episcopum Salisburgensem arma gesserint, Herwardus I^{us}. alter filius autem successit in stirpis propagatorem.




HERWARDUS, SEU HERBERTUS I^{us}.



Dominus ab Auersperg. natus anno Christi 1230. obiit anno 1283. & sepultus jacet ad Sanctum Canzianum prope Auersperg. hic reperitur subscriptus litteris foundationis Chartusiæ in Freyenthall anno 1260. proximus post Comitem ab Houmburg seu Heimburg è Nobilissima & potentissima Familia. Nominatur hic Herbertus I^{us}. in litteris Ducis Carinthiæ Ulrici anno 1257. Ministerialis de Obersperg. hic acquisivit anno 1241. in Dominium perpetuum à Chunrado de Saanegkh suo Consanguineo omnem

Decimam in confinio Reiffniz, vulgo Zapotok, & aliis Villis, teste in Instrumento originali Illustri Ducis Austriae Friderico, non minus fecit Herbertus iste anno 1267. pactum reciprocum cum Udalrico Carinthiae Duce, & Domino Marchiae: quod nimirum homines, qui nati fuerint ex patre subdito Herbardi ab Auersperg, & Matre subdita Udalrici Carinthiae Ducis, sub alas, seu Dominium ipsis Herbardi permanere valeant, & sic vice versa.


A N N A.



Domina de Reiffenberg. in uxorem ducta ab Herwardo I^{mo}. Domino ab Auersperg anno 1250. Mater haec fuit 9 prolium, inter quos filia Catharina Domina ab Auersperg nupta fuit Ybano, seu Johanni Comiti de Pernstein, & Gussingen, cognominato de Rechniz, alia filia Anna II^{da}. Domina ab Auersperg nupta fuit Wilhelmo Domino de Tybein. Alter filius secundogenitus fuit Gulielmus Dominus ab Auersperg, qui cum uxore sua Domina de Zoblsperg in filium genuit Ottomanum IV^{tum}. Dominum ab Auersperg, cujus Ottomanus IV^{ti}. uxor fuit offnia Hermanni Comitis ab Orttenburg filia, & Alberti Comitis Goritiae Vidua. Filius vero Herwardi I^{mi}. primogenitus fuit Herwardus II^{dus}. qui successit in lineae Rectae stirpis propagatorem.




HERWARDUS II^{dus}.



Dominus ab Auersperg, natus anno Christi 1252. obiit die sancti Lucae Evangelistae anno 1304.

ELISABETHA.




Domina de Winden è Magna & Nobilissima familia, ab Herwardo II^{do}. Domino ab Auersperg in uxorem ducta anno 1276. haec Mater fuit 6 prolium, è quibus filia Elisabetha Domina

mina ab Auersperg nupta fuit Reinerio Pincernæ de Osterwiz, Domino in Wipach, & Mospurg, filius vero stirpis propagator fuit Joannes V^{tus}.




JOANNES V^{tus}.
DAS EDLE KIND, VOCATUS.



Dominus ab Auersperg, natus anno Christi 1284, obiit anno 1353. die Sanctæ Barbaræ, vir Sapientissimus, juventutem consecravit Militiæ, & secutus est Castra Joannis Regis Bohemiæ contra Ludovicum Bavarum.

GIBURGA, SEU CYBURGA.



Domina de Scheyren, è magna & Principum familia, hanc Joannes V^{tus}. Dominus ab Auersperg in uxorem duxit anno 1312. Mater hæc 6 prolium, è quibus filius Mannhelmus III^{tus}. stirpis propagator fuit.



MANNHELMUS III^{tus}.



Dominus ab Auersperg, natus anno Christi 1318. obiit anno 1385. die Sancti Blasii, hic in juventute arma tractavit Alberti Archiducis Austriæ contra Turicenses, & secum duxit ex Carnis Joannem de Neuhaus, Georgium de Gallenberg, Fridericum de Scherffenberg, Henericum de Wildhaus, & Hartmannum de Khreig.


A N N A.



Domina de Kazenstein, à Mannhelmo III^{tus}. Domino ab Auersperg in uxorem ducta anno 1356. Mater hæc fuit 6 prolium, è quibus filius secundogenitus Herandus Dominus ab Auersperg possidebat, bona Adelsperg, Stybeg, & Weyneck, alius vero filius primogenitus & stirpis rectæ lineæ propagator fuit Theobaldus I^{mus}.




T H E O B A L D U S I^{mus}.



Dominus ab Auersperg, natus anno Christi 1362. obiit 12^{ma}. Octobris die Sancti Maximiliani anno 1423. hic una cum Georgio, & Herbardo VI^{to}. Dominis ab Auersperg Patruelibus suis anno 1421. Senatui Labacensi littem movit propter quosdam colles, & Sylvas circa Igg, quam littem Ernestus Archidux Austriae in persona amice composuit, prædicti Herwardi VI^{ti}. Domini ab Auersperg, Mater fuit Elspet Domina ab Auersperg, nata Domina de Reutenberch, vidua relicta facta Suprema Aulæ Præfecta Duchissæ Leopoldi uxoris, & dein Archiducis Ernesti uxoris Chyburgis, hæc obiit circiter anno 1424. hic Theobaldus I^{mus}. Dominus ab Auersperg commutavit quædam bona cum Cyliensibus Comitibus ejusdem consanguineis anno 1407.

U R S U L A.



Domina de Liechtenegg in Raspach, à Theobaldo I^{mo}. Domino ab Auersperg in uxorem ducta anno 1397. hæc Mater 6 prolium, è quibus filia Elisabetha nupta fuit Erasmo de Vielhausen, dein Magna Avia Dominorum de Rogendorff, de Stahrenberg, &
de

de Liechtenstein, in filium stirpis propagatorem vero genuit Engelhardum I^{mum}.




ENGELHARDUS I^{mus}.



Dominus ab Auersperg, natus anno Christi 1404. obiit pridie Sanctæ Elisabethæ die martis anno 1466. & est sepultus Sitticii in Coenobio Cisterciensium, hic primus incepit assumere Titulum, & Munus Supremi Camerarii hæreditarii Provinciæ Carniolæ, & Marchiæ Vindorum, quod Instrumentum originale Imperatoris Friderici de dato Neustatt 1455. denotat, quod munus autem Illustris Familia Auerspergica jam longè ab ante in feudum habuisse ex Instrumentis originalibus Confirmatoriis Leopoldi Ducis Austriæ in dato Viennæ 1407, & Archiducis Ernesti in dato Neustatt 1414. demonstratur. Hic Engelhardus I^{mus}. castrum Schönberg pene collapsum reædificavit, & sic postea omnes ex Familia se liberi Domini in Schön- & Seiffenberg vocavêre. Fratres illius Wolffgangus, & Wolchardus VI^{tus}. ad aulam Imperatoris Friderici III^{tii}. se contulerunt, & in Consiliis, ac muneribus Publicis in Austria sedem fixerunt, nec non dicti Wolchardi VI^{ti}. filii Joannes, Georgius, & Wilhelmus Domini ab Auersperg à dicto Imperatore Friderico III^{tio}. munus, & titulum Supremi Mareschali hæreditarii Carniolæ, & Marchiæ Vindorum in recognitionem præstiti valoris, & fidelitatis noviter creatum pro Familia Auerspergica acceperunt anno 1463. hic Engelhardus I^{mus}. Dominus ab Auersperg per se, & hæredes Castri Auersperg erga relietam ipsi à Principe debitam annuam Summam 12 Marchiarum per bina Instrumenta originalia Friderici Imperatoris in datis 1455. & 1457. acquisivit in perpetuum per se & hæredes suos Possessores Castri Auersperg jus piscandi in læcu Zirzniz. Hic Engelhardus I^{mus}.

Dominus ab Auersperg etiam per Instrumentum transactorium de dato Windischgraz anno 1455. cum Orttophalo, Wilhelmo, & Georgio Dominis de Perneck Comitibus de Styra initum & conditum, omnia Feuda Friderici, & fratrum de Reuttenberch decessorum, sibi & hæredibus cum approbatione Friderici Imperatoris jus deferre acquisivit.

SCOLASTICA.



Domina de Khünigsberch, ab Engelhardo I^{mo}. Domino ab Auersperg in uxorem ducta anno 1440. Mater hæc fuit 9. prolium, è quibus Pancratius filius stematis propagator fuit, uxor hæc quinque mensium spatio ante Maritum Engelhardum, sabato nempe ante festum Sancti Achatii obiit in Auersperg, & sepulta jacet ad Sanctum Cancianum prope Auersperg ante Altare B. Mariæ. Virginis.




PANCRATIUS.



Dominus ab Auersperg, liber Baro in Schön- & Seisenberg, Supremus Hærepitarius Camerarius Carniolæ, & Marchiæ Vindorum natus anno Christi 1441. obiit sabato post tiburtii anno 1496. hic ædificavit Castrum Nadlischeck, & ampliavit Castrum Auersperg.

A N N A.



Domina de Frangepan, Comitissa in Zenck, Vegel, & Mordrusch. à Pancratio Domino ab Auersperg in uxorem ducta anno 1469. hæc Mater fuit 13. prolium, è quibus Trajanus filius stematis propagator fuit.



TRA-

TRAJANUS.



Liber Baro ab Auersperg, & in Schön - & Seifenberg. Supremus Camerarius, & Supremus Marechalus hæreditarius Carniolæ, & Marchiæ Vindorum, natus anno Christi 1475. obiit anno 1554. hic Trajanus ab Auersperg anno 1529. strenue pro defensione fidei, & Civitatis Viennæ contra Turcas partes suas egit.


ANNA.



Domina ab Egkh in Neuburg, à Trajano ab Auersperg in uxorem ducta anno 1520. hæc Mater 9. prolium, è quibus Weihardus I^{mus}. filius tertio genitus fuit Supremus Capitaneus Carniolæ, & Generalis Croatiae, filius autem Primogenitus & stematis lineæ Rectæ propagator fuit Herwardus VIII^{us}.



HERWARDUS VIII^{us}.



Liber Baro ab Auersperg, Dominus in Schön - & Seifenberg, Supremus Camerarius, & Marechalus hæreditarius, Supremus Capitaneus Carniolæ, Supremus Generalis Locumtenes Croatiae, S. C. M. Camerarius, ab Arcanis Consiliis Intimus Consiliarius, natus Viennæ anno Christi 1528. obiit gloriosissime die 22^{da}. Septembris anno 1575. & dein Corpus suum sepultum est Labaci ad Sanctam Elisabetham. Symbolum suum fuit: unvergessen gehalten Treue. Hic vir sanguine, prudentia, & fortitudine gloriosissimus, cum filio suo Wolfgango Engelberto vitæ & Patria prodigi, cum adversus Turcas ad Vutaschum fortiter dimicarent, destituti à suis, & oppressi ab hostium multitudine, stetitque infractus Herwardus donec Caput ipsi truncatum, & filius Wolfgangus Engelbertus in captivitatem abductus fuit. Primi nimirum Patris

Herwardi VIII^{vi}. Gloriosissimum Caput, magnis sumtibus per familiam à turcis emtum, hodie adhuc in Auersperg videndum, ubi etiam aliud caput in ipsa accie eodemque tempore truncatum est Friderici de Weixelberg Militis Cæsari, & Generali suo usque ad mortem fidelissimi inspiciendum. Filius vero Wolffgangus Engelbertus tempore suæ captivitatis veneno à Turcis propinato in Auersperg redux lenta consumtus tabe mortuus est anno 1590.

MARIA CHRISTINA.



Liber Baro de Spauer, ab Herwardo VIII^{vo}. in uxorem ducta anno 1549. Mater hæc fuit 4 prolium, è quibus filius stematis propagator fuit Christophorus II^{dus}.



CHRISTOPHORUS II^{dus}.



Liber Baro ab Auersperg, Dominus in Schön - & Seifenberg, Supremus Camerarius, & Mareschalus hæreditarius, nec non Prætor Ducatus Carniolæ, natus die 27 Octobris hora meridiana in Auersperg anno Christi 1550. obiit die 14^{ta}. May Labaci anno 1592. hic interfuit anno 1578. Expeditioni contra Turcas summa cum laude, anno vero 1582. cum Carolo Archiduce Augustam Vindelicorum ad Imperii Comitia profectus est. In secundis Nuptiis in uxorem duxit anno 1589. Elisabetham de Thanhausen. Primo anno post mortem Christophori II^{di}. nempe anno 1593. die 22^{da}. Junii in festo Sancti Achatii Familiæ Patronis, valde dilectus suus Agnatus ex Ramo Laterali Andreas II^{dus}. Liber Baro ab Auersperg orbis Christiani Achilles vocatus, natus anno Christi 1557. memorabili de Turcis victoria ad Siffecum potibus, Sexaginta hostium milia occidit, & in Culapi fluvio submersit.


A N N A.



Domina de Maltzan, liberi Baronis Joannis Bernardi de Maltzan Capitanei in Oppeln & Ratibor, ac Elisabethæ natæ de Lamniz & Meseriz, filia à Christophoro II^{do}. Libero Barone ab Auersperg in primis nuptiis in uxorem ducta Viennæ IV^{ta}. Octobris anno Christi 1573. Mater hæc fuit 7. prolium, è quibus filius Secundogenitus Theodoricus natus anno 1578. sponsatus cum Sydonia Domina de Gall Ramo S. R. I. Principum Imediatorum cum voto & Sessione in Comitibus Imperii initium dedit, cum eisdem Theodorici filius quartogenitus Joannes Waichardus ab Imperatore Ferdinando III^{to}. consensu totius Imperii anno 1663. in S. R. I. Principem Imediatum secundus jus Primogenituræ creatus fuerit, & fuit hic Joannes Waichardus Princeps ab Auersperg Imperatoris Ferdinandi III^{ti}. Primus Minister status, Supremus Aulae Præfectus, ac Aurei Veleris æques. Filius autem Christophori II^{di}. Primogenitus & stirpis lineæ Rectæ propagator fuit Herwardus IX^{nus}.



HERWARDUS IX^{nus}.



S. R. I. Comes ab Auersperg, Dominus in Schön - & Seisenberg, Supremus Camerarius, & Marechalis hæreditarius, nec non Prætor Carniolie natus die 4 Octobris hora 10^{ma}. ante meridiana in Auersperg anno Christi 1574. obiit Labaci die 24^{ta}. Martii anno 1618. & sepultus est in Sacello Arcis Auersperg, hic Herwardus IX^{nus}. fuit vir doctus, & Catholicæ Religionis Amantissimus, symbolum habuit: In Gottes Hand stehet mein Glück,

FELICITAS.



Liber Baro de Kazianer, in uxorem ducta ab Herwardo IX^{no}. anno 1609. Mater hæc fuit 5. prolium, è quibus stematis propagator fuit Joannes Andreas natus duo menses ante mortem Matris, quæ mortua est de 27^{ma}. Septembris anno 1615. hora 4^{ta}. post meridiem.



JOANNES ANDREAS.



S. R. I. Comes ab Auersperg, Dominus in Schön- & Seisenberg, Supremus Camerarius, & Mareschalus hæreditarius Carniolæ & Marchiæ Vindorum. S. C. R. M. Camerarius Actualis, natus die 16^{ta}. Julii anno 1615. obiit Labaci die 8^{va}. Octobris anno 1664. & sepultus jacet in Capella familiæ apud PP. Franciscanos.

ANNA ELISABETHA.



Liber Baro de Lamberg, quam Joannes Andreas in uxorem duxit anno 1638. hæc fuit Mater 10 prolium, nempe sex masculorum & 4 fæminarum, è quibus, mortuo in Militia Andrea Trajano Primogenito, alius filius secundogenitus Wolfgangus Engelbertus stematis propagator Rectæ lineæ permanfit, filius vero tertio-genitus Joannes Herwardus anno 1643. Consiliarius Regiminis I. A. Græcii factus, & Comitissam Mariam Constantiam de Trauttmannsdorff in uxorem duxit, & lineæ hodiernæ in Styria initium dedit.



WOLFGANGUS ENGELBERTUS V^{tus}.

S. R. I. Comes ab Auersperg, Dominus in Schön - & Seisenberg, Supremus Camerarius, & Supremus Marechalus fungens hæreditarius Ducatus Carnioliaë, & Marchiaë Vindorum, S. C. M. Camerarius Actualis, & Intimus Confiliarius status, natus die 6^{ta}. Novembris anno 1641. obiit Labaci die 21^{ma}. Martii 1709.

CATHARINA ELISABETHA.

Comitissa de Trilleck, Georgii Andreæ Comitis de Trilleck, & Annæ Catharinaë Baronissæ de Cobenzl filia, à Wolffgango Engelberto in uxorem ducta anno 1669. Mater hæc fuit 4 prolium è quibus stematis propagator fuit filius Adamus Siegefridus.



ADAMUS SIEGEFRIDUS.

S. R. I. Comes ab Auersperg, Dominus in Schön - & Seisenberg, Supremus Camerarius, & Supremus Mareschalus fungens hæreditarius Ducatus Carnioliaë, & Marchiaë Vindorum, natus die 15. Septembris anno Christi 1674. Labaci, obiit die 27^{ma}. Octobris 1739. in Auersperg, & sepultus jacet Labaci apud PP. Franciscanos in Capella familiaë. S. C. M. Leopoldi. Josephi, & Caroli VI^{ti}. Imperatorum Actualis Camerarius, & Caroli VI^{ti}. Imperatoris ab Arcanis Confiliis Confiliarius Intimus, hic tempore homagii in Carniolia Imperatori Carolo VI^{to}. præstiti Munus Supremi Camerarii anno 1728. exercuit.


MARIA ANNA.



S. R. I. Comitissa Giovanelli, Nobilis Reipublicæ Venetæ, & ab Imperatrice Eleonora stellæ Crucis ordine decorata, Joannes Pauli S. R. I. Comitis Giovanelli, Nobilis Veneti, & S. C. M. Actuali Camerarii, & ab Arcanis Consiliis Consilarii Intimi, ac Catharinæ natæ Comitissæ de Lodron conjugis filia ab Adamo Siegefrido in uxorem ducta anno 1704. hæc Mater fuit 14 prolium, è quibus stematis propagator fuit Maria Josephus.




MARIA JOSEPHUS.




S. R. I. Comes ab Auersperg, Dominus in Schön- & Seisenberg, Supremus Camerarius, & Mareschalus hæreditarius Ducatus Carniolæ, & Marchiæ Vindorum, natus Labaci die 28^{va} Octobris anno 1723. S. C. R. A. M. M. Francisci I^{mi}. Imperatoris, Mariæ Theresiæ Imperatricis Reginæ, & Josephi II^{di}. Imperatoris, ac Co-Regentis Camerarius Actualis factus anno 1747. anno 1753. factus Actualis Consiliarius Intimus status, & Præses Repræsentationis in Justicialibus Ducatus Styriæ Græcii, anno 1757. in Commissarium Plenipotentiarium Principalium Comitatum Goritiæ, & Gradiscæ à Maria Theresia Imperatrice Regina motu proprio missus, anno 1761. factus Repræsentationis & Camerae Ducatus Styriæ Pro-Præsidens, & Primus Commissarius Regius ad status Provinciales Styriæ, anno 1763. iterum motu proprio factus Supremus Capitaneus Goritiæ & Gradiscæ, anno 1764. iterum proprio motu ad Supremum justitiæ Tribunal Aulicum Viam vocatus. 31^{ma}. Januarii 1771. in Arcano status Consilio in præsentia Mariæ Theresiæ Imperatricis Reginæ, & Imperatoris Josephi II^{di}. Co-Regentis in Magnatem seu Indigenam Transyl-

vanæ per se, & successores suo motu proprio creatus, & Actualis Gubernator Regius Magni Principatus Transylvaniae Partiumque Reaplicatorum factus, supremum hoc inter Officia Regia, Summa cum laude per 4 annos administravit, & cum ipsemet Dominia sua ampla in Carniolia inspicere Augustam oraverit, motu proprio & jussu Imperatricis Reginae Officium Supremi Capitanei Ducatus Carnioliae in se assumpsit anno 1774.

MARIA ROSINA.



S. R. I. Comitissa de Seilern, in uxorem ducta anno 1747. hæc insignis stellæ Crucis ordine ab Imperatrice Elisabetha Vidua anno 1747. decorata fuit, & erat filia primogenita Joannis FridERICI S. R. I. Comitis de Seilern, Consiliarii Intimi status Actualis, nec non Imperatoris Caroli VI^{ti}. & Imperatricis Reginae Mariæ Theresiæ Supremi Aulæ Cancelarii, ac conjugis ejus Mariannæ Comitissæ de Lengheim. Mater hæc fuit 8 prolium, è quibus filia duo. Maria Josepha, & Francisca Romana, & filius unicus Franciscus Xaverius natus Græcii 6^{ta}. Aprilis 1755. in vivis.



NARODNA IN UNIVERZITETNA
KNJIZNICA

COBISS



00000320899

